

Von erheblicherem Interesse ist dann noch ein auf f. 128 eingetragener Brief Urbans V. an den Kaiser vom 26. Dezember 1368. Er lautet:

Urbanus etc. carissimo in Christo filio Carolo Romanorum imperatori semper augusto etc.

Temerarias novitates Bernabonis de Vicecomitibus, qui de tui vicariatus titulo gloriatur et sub eo tuos fideles et subditos necnon sancte Romane ecclesie et imperialis celsitudinis colligatos^a, contra formam pacis in manibus tuis facte et pro ipsius parte iuramento vallate¹ non solum diebus preteritis contra Mantuanos, sed contra Mutinenses noviter attemptatas² iam ad aures tui culminis, cum sis partibus illis vicinior³, credimus pervenisse. Sed quia dilectus filius Nicolaus marchio Estensis, noster in Ferrariensi et tuus in Mutinensi civitatibus vicarius, illas nobis per suas litteras reseravit, ad plenioram tuam informationem easdem litteras interclusas presentibus destinamus. Et quia ex hiis evidenter colligitur de prava intentione Bernabonis eiusdem, propter que oportuna remedia sunt celeriter adhibenda, serenitatem tuam etiam ex vinculo colligationis, quam habes cum ipsa ecclesia, instanter requirimus et obnixius^b deprecamur, quatenus in succursum dictorum marchionis et Mutinensium et Mantuanorum et aliorum predictorum colligatorum, in quorum offensione ecclesia prefata offenditur et redditur ex defensione secura, velis imperiale vexillum ac gentem armigerorum destinare et nichilominus contra dictum Bernabonem ad penam privationis vicariatus imperialis et alias penas suis gravibus excessibus congruentes postposita morositate procedere et alias super hiis efficaciter providere, prout videris expedire⁴.

a) dahinter fehlt ein Verbum, das vom Schreiber ausgelassen ist.

b) *korr.* aus obnoxius.

1) Das ist der Friedensvertrag vom 27. Aug. 1368, Böhmer-Huber, Reg. Karoli n. 4686 a. 2) Ueber die Reibereien und Feindseligkeiten zwischen den Visconti und den Gonzaga von Mantua nach dem Frieden vom 27. Aug. vgl. Matthes, Der zweite Römerzug Kaiser Karls IV. (Diss. Halle 1880) S. 54 f. 3) Der Kaiser war am 22. Dezember 1368 von Rom nach Siena zurückgekehrt, Böhmer-Huber n. 4706 b. 4) Bekanntlich hat der Kaiser den Wunsch des Papstes nicht erfüllt. Er schloss vielmehr am 11. Febr. 1369 abermals Frieden mit den Visconti und setzte Bernabó am 17. März in alle ihm früher verliehenen Würden, Ehren und Vikariate wieder ein; vgl. Böhmer-Huber n. 4729; Reichssachen n. 490 a; dazu Matthes a. a. O. S. 68 f.